

S D

Ovidentissimum, et Sapientissimum viri, mitto vobis in his litteris, summam
 deliberationis, nostrorum Theologorum, de mitigandis, seu potius corrigendis,
 publicis diffidijs, veteri ecclesie. Tota autem deliberatio et consultiatio, partita
 est in tria membra, et in tres partes divisa. prima pars, precipua est,
 que agit de dogmatibus, de articulis totius nostre doctrine, in confes-
 sione et Apologia congestis, in quibus, nihil mutandum fore, velle
 preceptum, constantissime a nobis decretum, et conclusum est, beneficio dei,
 etiam si adversarij, alium verum miserent. Et plane decernimus, nos
 potius revivis tyrannis ferocibus velle obire, quam hanc nostram
 doctrinam corumpere, et novis articulis seu ambagibus obscurare, ambigua
 ut reddere viderentur, id quod insidiosè, et sophistica arte, adversarij, se offer-
 tuos sperant. Secunda pars, agit de rebus *adiaphoris* externis, necessarijs,
 quarum, nonnullas volumus exploras, et omnino abrogatas, videlicet, Omnis
 missas angulares, seu primicias, in quibus desunt, qui una utantur
 Sacramento: Universam innovationem divinorum, quia omnis innovatio absentis,
 tribuit illi omnipotentiam, et divinitatem: Votum virginitatis, et totum monasti-
 cium: pape primatum: Magicos ritus, omnis generis, de consecrandis
 aquis, herbis, nobis etc: Theatris ceremonijs, quales sunt, saturnalia
 gestationes, et alij similes: Ethnica sacrificia fœnecia etc. Quasdam vero
 res externas, ecclesie restituimus, videlicet Christianam et evange-
 licam libertatem; Sacerdotum coniugium; Usum integre synaxeos; Evandis
 rationes, Completas Theadidarios preces serias, Absolutionem Evange-
 licam, et Christianam Excommunicationem. Nisi hæc necessaria ecclesie,
 nobis concesserint adversarij, id quod nunquam fiet, non poterit
 nisi compositio aut concordia. Illi quidem belli permittent,
 ut quidam vulgaria viria, Romanæ Ecclesie corrumpantur, sed nos
 indignamur, nulla viria ecclesie recte tolli posse, donec hæc vultus
 impunitatis morantur, pro quibus, excusandis, et retinendis, arbitramur
 adversarios, varias cavillationes, prestigias, et glossas, excogitavimus esse.
 Verum illis assentiri, nos, neque possumus, neque volumus, neque quidquam
 adversarijs largiri, de illis rebus externis, quas retensui. Scimus, enim,
 papam, non desinere esse Antichristum, ut paulus significat 2 thes 2
 Scimus, fervens mentis Episcoporum, nihilo magis ad equitatem flendi
 posse, quam pharao poterat. Quare, stabilire eorum errorem, et tyrannidem
 nullo modo licet, etiam si velint fortassis aliquando largiri nobis barbaros
 ut nos vocet pontifex. Tertia pars deliberationis est de rebus *adiaphoris*

Hæc habet commanda fr. lras ep. similitudine ad nos missis
 quod tibi mitto ut id vultus vobis q. ab. vna. p. q. d.
 ad doctrinam pertinet vbi corripit tibi. p. q. d. d.
 ad nos veniens vultus q. d. vbi dicitur q. d.
 p. q. d. vbi hanc respondens nulli corripit q. d. d. vbi dicitur q. d. d.
 p. q. d. vbi hanc respondens nulli corripit q. d. d. vbi dicitur q. d. d.

150
 151
 152
 153
 154
 155
 156
 157
 158
 159
 160
 161
 162
 163
 164
 165
 166
 167
 168
 169
 170
 171
 172
 173
 174
 175
 176
 177
 178
 179
 180

ut sunt aliqua in Ecclesijs lectiones pie, hore de tempore, vestitus, et sim
 Verum, de his rebus nihil volumus agere cum adversarijs, nisi
 vere conveniat, de doctrina, et de rebus necessarijs. De tota autem
 politica Ecclesiastica, inter pios viri deliberandum est, si qui crimi-
 classe adversariorum, qui amplectuntur Evangelium. Quando ad-
 sari velint valedicere impietati, et assumere doctrinae puritatem
 ad quod fiet ad habendas auras, cum his aduaphoriz, facile fore
 convenire, ut nunc quoque dissimilitudine in rebus aduaphoriz,
 boni consulimus. At, tamen illi Evangelium oppugnant, et nos
 suos errores, et impias ceremonias retinent, cum illis convenire
 possimus, neque illis, aliquid in Ecclesia auctoritates tribuere, sed
 est, nos pambina sententia obtemperare, Si quis aliud Evangelium
 docuerit, anathema sit.

Habens viri prudentissimi summam, nostre deliberationis, et nunc sum-
 in qua, deo dante, nihil mutaturi sumus. Nec propheta in
 argumenta reverentur illorum, qui clamant, pericula pavorum
 intendere bellum civile: Votuerunt, quidam condonanda esse publica
 tranquillitati: Satis esse habere qualescumque, quam nullas Ecclesias
 Debere nos his controversijs anteporre concordiam, ut Turrim bello
 suscipi possit: ponderanda esse pericula privata et communia: Debe-
 nos consulere, non nobis tantum, sed etiam ceteris nationibus, qui
 reverentur, a meliore doctrina, si horridius omnia defendere
 volumus. Has vos in conventibus dia scimus, etiam a nostris, et
 speriose disputantur, et proponuntur a prophetis, a mollibus et
 deliratis, qui metuntur suis opibus, aut voluptatibus, qui cupiunt
 lenari, riva, sumptibus, periculis, inter quos, multi instructi sunt
 literis, et eloquentia. Verum nos simpliciter docuimus, etiam si
 subeunda erit crudelitas adversariorum, et rabies eorum ad supplicia
 rapiat, constantiam velle parere, volente deo, in dicenda sententia
 vera, et mandato domini obtemperare, qui postulat confessionem
 verae doctrinae, et reprehensionem impiorum ultimum, et exitum
 vult sibi commendari. Hoc enim postulat, ut vitime fierent, quae
 modum senex Esaias, cum annos fore octoginta vixisset Ecclesiam, et
 parvam ingentibus bellis liberasset, serra scinditur. Hieremias, cum quae
 gubernasset regnum Iuda, et reliquias servasset, tandem lapidibus obruit
 Scripsit quidem Lundensis ad principes nostros, venisse cesarem in
 germaniam, non ut bellum civile moueat, nec ut sanguinem pio-
 propinet exorbendum pontificibus, sed ut deliberet de concordia modo

rationibus sarrienda, ac hortatus est vestros, ut et ipsi diligenter cogitent, quoniam
 veram mitigationem ad firmam ac durabilem tranquillitatem profuturam sit,
 quoniam modo haec vobis sunt intimata, lucis illustrata, illustissimi
 principis, electoris Joann. Fred. Et verum, magna laus esset Imperatoris
 Caroli, si hoc verum ageretur. Sed nos multa movent, ut suscipiamur,
 vel omnino falso spargi hanc famam, ut pulcherrimae spei simu-
 lationem, benevolentiam et plausum, sibi colligant adversarium apud populum;
 vel insidias sibi praestent perfratationum. Quomodo enim consentaneum
 est, de concordia arturos esse, cum impetrari non possit, ut praescriptio
 Mündensis aboleretur: Cum parari ad bellum, omnia, constat: Cum reges
 invitentur ad societatem imperii, et imperissimum federis. Verum, quia
 nobis voluntas Caroli ignota est, credamus sicut Mündensis, non falso
 promissi deliberationes de concordia, sed, ne haec quidem veram
 periculo. Nam Sophistae, semper astute agunt, affingunt abusibus
 commodiores interpretationes, et Sophisticas glossas. Conantur, ut abusus
 et errores, parti fuerit quibusdam, restituantur: fortassis, ut etiam aliqua
 delicta assentiamur, nobis quoque donabimus aliquos articulos. Et eo quod
 insidiae spectant, ut disimulentur nostri. Verum deus gubernabit
 eventus, nec deseret veram Ecclesiam, Quare opus est, omnibus
 nostris Ecclesiis, fieri serias preces, privatim, et publice, pro nobis,
 et causa, seu negotio communi, omnium Ecclesiarum. Opus est nobis, adferre
 animos paratos, et bene confirmatos, atque inter sese consentientes.
 Opus est, et illis, qui praesunt civitatibus, ut meminerint conscientiam
 Eumenis, de Antigono, ne exarmati virgibus, et dentibus, et nudati
 praesidiis, opprimantur. Haec volui vobis dominis, et Senioribus vestris
 communiter ac significare, optimo et amantissimo animo. Quae vobis
 sensero, vestra prudentia grata esse, et accepta, dabit deus, ut alias plura
 sum significaturus. Dominus conservet vos, et familiam vestram, diu
 incolamini, ecclesiam vestram in religione, perpetuo sanam; et politam
 semper consentientem Amen Datum Sta. Slambaldie, Sabbato post Oculi, seu
 pasche letare, anno domini 1590

Joannes Amsterdanius,
 Christi, et vestres servans.

Nomina eorū, qui nostrae deliberationi, ac consultationi subscripserunt
Sunt haec.

Martinus Lutherus	doctor
Iustus Jonas	Doct
Johannes Bugenhagen	Doct
Caspar Cruciger	
Philippus Melancthon	
Friedericus Myconius	
Nicolaus Ambsdorff	
Erasmus Sarcerius	
Joannes Amstelredanus	

Patet nostrae luthi non adesse corpori, sed spū, consilio, et scriptis. Nec plures
adhuc adnumerantur theologi, id quod possimus habere, praesentis patris
et magistris. Lutherus dicitur bene adinventurus, fortassis et plures.

Prudentissimus, et Sapientissimus Viri, Dominus
Theodericus Vassura, inquit: Dominus Jacobo
promissit, Superintendenti Civitatis Bremensis,
Dominus et Scribitur suis, vna hae. mds.